



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xxj. De Visitatione per praelatos facienda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

rogantur in Iurisdictione: qui etiam quandoque Officiales, quandoq; Missi Domini appellantur^a, & quorum creditur ordinariū esse officium^b. Vicarius autem summi Pontificis, quem in Vrbe relinquit, sciat iurisdictionē suam extra urbem non protendi^c. Quamvis in Officialem Episcopi per officium generaliter ipsi traditum causarum cognitio transferatur, potestatem tamen inquirendi, corrigendi, aut delicta vlciscendi, seu aliquos à suis beneficijs, vel administrationibus amouendi, transferri nemo dixerit, nisi nominatim hæc quoque tradita sint^d: neque beneficia conferendi^e, nec literas commendatitias ad ordines suscipiendos concedendi^f. Et postremò sciendum, huiusmodi Vicariam curam laico credi non posse^g.

^a gloss. de. 2. ur. officialis. de refer.
^b gloss. c. 2. eo. hoc t. in 6.
^c c. pe. extra. eod.

^d c. 2. in 6.
^e c. si. in 6.

^f ca. cum nullus. §. 1. de temp. ordi.
^g ca. in noua. 16. q. 7.

DE VISITATIONE PER PŒLATOS FACIENDA,

TITVLVS XXI.

Vi ad PŒfecturas, & populorum, vel Ecclesiarum regimina vocati sunt, excubare oportet, asidueq; explorare, quænam vitia animarum sibi creditarum saluti officere videantur, quæve res profuturæ sint, & illa pro viribus evellere conari, hæc impigrè præstare, & sollicitè ministrare. Atque ut morbi confestim habita no-

titia promptius & tutius ei manus medica adhiberi possit, propterea debet Episcopi quolibet anno semel Dioceses suas invisere: sin valetudine impediantur, quo minus ipsi hoc officium exequi possint, poterunt illud alij demadare^h. Hæc verò erunt PŒlati partes, cum Ecclesias suas invisit, nempe, ut proposito verbo Dei quærat de vita & conversatione ministrantium in Ecclesijs, & alijs locis diuino cultui addictis: & cum de aliquibus leuam famam esse ortam viderit, ipforū ordinarijs id notum faciet, si iudicarit expedire, ut super his solenniter inquirent: notoria verò criminata, quæ examinatione non egent, vlcisci poteruntⁱ. Providebitq; ut, si qua fortè Basili- ca * destituta fuerit, restituatur^k.

Visitandi autem potestatem habent Cardinales, Legati, vel nuntij Apostolici^l, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, Decani: hi tamen duo postremi non suo, sed Episcopi nomine visitant, nisi fortè longa consuetudine præscripserint ius suam parrochiam visitandi. Et denique, vnusquisque PŒlatus iurisdictionem habens, & visitandi ius habet^m, quod nulla præscriptione amittetⁿ. Archiepiscopus vniuersam suam provinciam arbitrato suo visitare potest, quamvis non sint eius suffraganei negligetes, nec non visita-

^h ca. decretum. c. Episcopum. 10. q. 1.

ⁱ c. 1. §. san. de censib. in 6.

* destru. ca, fortè.

^k d. ca. decretum. uimus.

^l c. procuratio. nes. extra.

de censib. c. mandamus.

ubi Abb. de offic. ordi.

^m Ab. ca. cum Apostolus.

3. no. de censib.

ⁿ ca. cum ex officij. de præser.

visitationem iterare adhibito A
suffraganeorū consensu, & for-
ma quadam seruata, & procu-
rationes, id est, expensas à locis
excusis accipere potest: dum-
q; ita visitat, potest crimina ab
his audire, qui suffraganeis suis
subditi sunt, eosque soluere ^a.

Visitabit tamen in primis Ec-
clesiæ suę capitulum, mox totā
ciuitatē cum Diœcesi, maiores
Ecclesias, & minores pariter ex-
cutiendo: item clericos & po-
pulum. Sin cōmodus ei ad sin-
gulas Ecclesias, tutusq; accessus
non fuerit, ad aliquem locum
commodum omnes clericos, &
laicos evocabit, pōst oēs pro-
uinciæ suæ partes peragrabit,
suffraganeos suos, eorumq; sub-
ditos, ecclesiarum capitula, Ec-
clesiasque omnes, monasteria,
aliaq; religiosa & pia loca, cle-
ros, & populos pariter iustrādo
& examinando: quod Inno. III.
quemadmodū & multa alia, in
hoc propositū summa ratione
constituit ^b.

Sunt tamen & quidam visita-
tores generales, quos generale
capitulum constituit, qui supe-
riorum visitorum vestigia di-
ligenter inquirere tenentur, eo-
rumq; crimina, & culpas futu-
ro generali Concilio referre ^c.

Laicis verò magistratib. etfi
prouincias peragrarē cōgruat,
id tamen in usu non est ^d.

DE PROCVRATIONIB.

TITVLVS XXII.

Ed ne Prælati hoc visitati-
onis officium dispēdio sit, si
suis sumptibus peregrinentur,
congruæ expensæ eis sub-
ministrandæ sunt ab Ecclesijs,
ad quas visendas accesserint,
quas expensas procuraciones
appellant, à quarum solutione
nulla præscriptio excusat, etfi
ab illis excusare possit, quæ vel
institutionis, vel consuetudinis
iure penduntur ^e. Procuratio-
nes autē prædictas nemo ante
perfectam visitationē impunè
percipiet ^f. Et cum Inno. III.
prohibuisset in pecunia nume-
rata procuraciones solui, Boni-
facius tamen VIII. moderatus
est, vt ab invitis quidem, quod
& ab Innocentio statutum fu-
erat, pecunia pro his alimentis
exigi non possit: à volentibus
autem, & vltro offerentibus pe-
cuniæ loco alimentorum acci-
piendę potestatem facit: adijci-
ens, ne vna & eadem die præter
vnam procuracionem accipere
quis possit, tamen si ea die plura
loca inuisisset, quę singula inte-
gris procuracionib. dandis sol-
uendo essent ^g. Sed & ne pro-
curaciones hęc immoderatę da-
rentur, plura emanarunt Ponti-
ficum Decreta statuentia, quid
vnusquisque Prælarus habita-
personę, & dignitatis, omni-
umq; cautionum ratione
accipere possit ^h.

* *
*

E f 3

^a c. fi. de cen-
sibus. in 6.
c. c. 1. §.
ex quo. c.
§. seq. cod.
nl. c. 1.

^b c. 1. de cen-
sibus. in 6.

^c c. fi. de statu
monacho.

^d l. congruit.
ff. de offic.
præsi. Cra.
conf. 238.
sol. 8. in fi.

^e c. accedentes.
ubi gl. fi. et
c. cum ex of-
ficij. de præ-
scrip.
^f c. 2. de censu.
in 6.

^g ca. felicis.
de censibus.
in 6.
^h c. cū Aposto-
lus. in prin-
cip. extra. c.
1. §. procu-
raciones. eo.
tit. in 6. c.
un. in extra.